



**G**enebaldus frater fuit Clodomiri regis Frāco  
 rū. Is multis uirtutib. instructus, anno Christi  
 326 per Germaniam in magna autoritate fuit. Cum  
 aut̄ eo tempore Thuringi & Sueui perpetuō inui-  
 cem decertarent, & Thuringi ob frequētes Sueuo-  
 rum incursiones nusquam tuti essent, Franci totum  
 Menigauia districtum, quæ nunc Francia Germa-  
 niæ est, sua sponte concesserunt, ut interpositis Frā-  
 cis à Sueuis tutiores essent. Itaq; Clodomirus rex  
 fratrem suum Genebaldum in Franconia primum  
 ducem constituit, atq; eum multis priuilegijs orna-  
 uit. In eo loco Genebaldus magna laude per trigin-  
 ta ferè annos p̄fuit, atq; cum Sueuis et Thuringis

pacem constituit, Trith, Funck, in Chron.